



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. Virgilii Maronis Æneis

Vergilius Maro, Publius

Antverpiae, 1565

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69273](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69273)

pto potitur. Manuscriptum, raptu. Raptum vel raptio, est violenta iniurię perpetratio. Raptus est stuprum ipsum: illud causę, hoc effectus. 85.5. *Materno veniens ab auo.*

Omissus in quibusdam hic versus, & posse omitti videtur.

24. *Mortales visus.* In manuscr. Cyllenius ore locutus Mortalis. $\beta\epsilon\sigma\sigma\omega\ \alpha\upsilon\delta\ \epsilon\iota\ \epsilon\omicron\iota\kappa\alpha\delta\varsigma$. Ita in 9. Sic orsus Apollo Mortalis, medio adspectus sermone reliquit. 88.24. *eiectum litore, egentem Exc.* Primum tempestatis, alterum inopię. ita enim distinctio facienda est, vel ex simili loco Comici: Apud Andrum eiectus, tum ille egens. 89.1. &

nomine Dido Sape voc. Dido, si $\mu\iota\mu\eta\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$, vocatius est: si simplex, accusatius: vt, luctificā Alecto. 92.22. *viri monumenta iubet.* Alij iuuat, vt non ad Massylę voluntatem, sed ad Didonis referatur cupiditatem. 93.19. *Lenibant curas.* Hic quoque versus in exemplaribus non nullis omissus. 25. *En quid agam.* In manuscr. En quid ago.

Donatus in Eunuchum legit, Heu, pro, En, quod non probo. & de huius particulę vsu in Hecyram diximus.

98.9. *trepidoq. exterrita cursu.* Donat. ita distinguit, vt à rumore dolētis perturbatęq. affectum discriminet. 23. *ingemuitque reperta.* Donatus legisse viderur, Repertā. Eadē diuersitas apud Cic. in Catone maiore: Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. ita in manuscriptis duobus: alij enim legunt, adepti.

AD LECTOREM.

Quod te in primis admonitum volebam; numeri, quibus Manutius insignia Homeri, & aliorum Gręcorum loca à Virgilio imitatione expressa, notauit, ad Aldinę, & si bene memini, Cephaleanę impressonis chartas referendi sunt. Pag. 61. versu 17. ad marginem pro, *puiceis*, repone, *paniceas* ex Seruio, & alio Virgilij loco *Aen. 7. Heus etiam mensas consumimus, &c.* quod vitium, dum reliqua, que in editione P. Manutij irrepserunt, castigamus, nos fugit. Vale.